Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Q2 mirifice ysaias futura in xpi passione premonstrat.

Quis tam facundus & tanta rerum vborumq; copia instructus existet: Que oratio tante affluentie vbertate decurrens: ut illam crucem deplöet merito: quam mundus ipse: & tota elementa luxerunt: Hec aut sic futura fuisse & pphärum vocibus & sibillinis carminibus denüciatum est: Apd ysaiam ita scriptum inuenitur: Non sum contumax neq; contradico. dorsum meum pono ad flagella. & maxillas meas ad palmas: faciem aut meam non auerti a feditate spuorz: Sili: dauid in psalmo. xxxij. Congregati sunt sup me flagella & ignorauerunt. dissoluti sunt. nec compuncti sunt: tptauerunt me & deriserunt me: & striderunt sup me dentibus suis: Sybilla quoq; eadem futura monstrauit:

In manus inquit infidelium postremo venient. dabit & deo alapas manibus meis & oribus sceleratis expuent saliuas venenatas. dabit & nunc in uerbera simplicem tergum innocentem de silentio eius: quod usq; mortem pertinaciter tenuit ysaias iterum sic loquutus est: Sicut ouis ad immolandum: sic adductus est: & sicut agnus coram tondentibus sine voce: Sic non aperuit os suum: Et Sibilla supradicta.

Et colaphis accipiens tacebit ne quis agnoscat qd ibi vel unde venit ut innocuus loquitur et coronam ferat spineam:

De cibo vero et potu quem aut cum figerent eis obtulerunt: dauid in psalmo. lxviij. sic ait: Et dederunt in escam meam fel: & in sitim meam potum mihi dederunt acetum: Idem hoc futurum et sibilla concionata est:

In escam vero fel. et in sitim acetum dederunt hanc in hospitalitatis monstrabunt mensam. Tu. ii. ipsa stulta dei tuum non agnouisti iudentem mortalibus mitibus sed et spinis coronasti coronae horrendum fel tamen cuisti:

Et alia sibilla iudeam terram hic increpat versibus: ἀστὴ τὰρ σὺ ἀφῶρ

Fore autem ut iudei manus inferrent deo suo: eumq; interficerent testimonia pphärum hec antecesserunt: Apud Esdram ita scriptum est: Et dixit Esdras ad pplm. Hoc pascha saluator noster est: & refugium tuum cogitate: & ascendat in cor uestrum: Quoniam habemus humiliare eum in signo: et post hec sperabimus in eum: ne deseratur hic locus in metinum tempus die domnus deus virtutum: Si non credideritis ei neq; exaudieritis annuntiationem eius: eritis derisio in gentibus: Vnde apparet iudeos nullam aliam spem habere se: nisi abluerint a sanguine: ac spuerint in eum ipsum: quem necauerunt: Ysaias quoq; facinus eorum designat. & dicit in humilitate iudicium eius sublatum est: Nativitatem eius quis enarrabit: Quoniam auferetur terra uita eius a facinoribus ppli mei ad ductus est ad mortem. &